Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 701
Quelle:
Copyright:

licens — *nomini mancipaturum.* Edit. *corona vitæ ſecularis commutaturus æternam*, Mſ. *coronam* — *eterna.* Edit. *Princeps viſione* — *pertractans.* Mſ. *viſionem.* Edit. *meumque nomen illi reponas.* Mſ. *inponas.* Edit. *pacem cum exterarum prouinciarum populis habens et fideliter inſtitutam roborauit fidem.* Mſ. *pacem cum exterarum prouinciarum populis fideliter inſtitutam roborauit.* Edit. *explere ſufficeret.* Mſ. *expleret.* Edit. *ſancti Chriſti tyronis propoſitum.* Mſ. *ſanctum.* Edit. *Veſprini.* Mſ. *Veſprem.* Eodem loco in Edit. bis inutiliter poſitum *et*, item *ibi* pro *ubi*, item *praeſidia* pro *praedia.* Et paullo poſt *deportaverat* pro *reportaverat*, et *merito* pro *inito.* Edit. *et ipſius ſuffragio ſimile fecit epiſcopis.* Mſ. *et ipſius ſuffragio domitorum decimationibus ſimile* &c. Edit. *ſtrictas decimas dari.* Mſ. *ſtricte decimas ſeruari.* Et ſic per ſequentia *Capita.* Neque ſui tamen *Codici* naevi deſunt. Ita annus mortis *Geyſae* dicitur 907. pro 997. quem errorem etiam habet *Veneta.* Quaedam praeterea in narratione tranſpoſita ſunt, quae nobis *Lectionem* VII. et VI. conſtituunt. In *Lect.* IX. quod dolendum, in his verbis c. 6. *manibus a terra leuatum ad altare portauit*, Codex deficit. Aſt paullo ſuperius, ubi de *Caritate inclusa iuxta eccleſiam S. Salvatoris* ſermo eſt, addit *in Bukenſumlov*, quod ego de Pago *Schomlyo* et Silva *Bakony*, a qua Pagus hic non multum abeſt, interpretor. Editio *Veneta* et *Cracovienſis* habent ſolum *ſumlui*, ad quod notat Editor Bolland. *Quid velit vox illa ſumlui, plane ignoro, niſi forſan ſit nomen loci. Bonfinius idem narrans vocem iſtam omiſit, uti et Surius.* Ex hic dictis ſubpleri poſſunt, quae de *Chartuitio* traduntur in Cl. *Horányi Memor. Hungaror.* P. I. p. 398.

CCXXV. VII. D. 22

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 192. f. per duas columnas luculente ſcriptus, rubricis diſtinctus, et olim, ut p. 2. legitur, *Monaſterij Sancti Floriani patav. Dyoceſ.* continet ſequentia: I. praemiſſo Capitum elencho *Incipit Enchyridion v. manualis liber Sancti Auguſtini epiſcopi.* Initium: *Dici non poteſt fili Laurenti dilectiſſime* &c. Finis: *de Fide. Spe. karitate. conſcripſi.* Extat. edit. *Maur. Opp. Auguſtini* T. VI. *Pariſ.* 1685. *col.* 195. diviſum in Capita CXXII. Nobis cenſet LXXI. Ceterum cum Editis probe concordat. 260

II. *fol.* 24. p. 2. *Incipit liber aurelii Auguſtini epiſcopi. De ſpiritu et anima. feliciter.* Initium: *Quoniam dictum eſt mihi ut meipſum cognoſcam* &c. Clauditur *Cap.* L. his verbis: *ex deſiderio patrie ſue et uiſione dei. quem tenere* (Edit. cernere) *finis.* Atque ita claudebatur in omnibus *Mſs.* Editorum *ſupracit.* ut ipſi teſtantur T. VI. *Append. col.* 55. quo rejecerunt Librum non *Auguſtini* partum, ſed ex Variorum collectum ſententiis, ut pluribus praevia illorum